



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De eo adiutoriis, qarumque qualitatibus. punct. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

menda non est propriè titulus, tametū titulum imitterur, quod sufficit, & refugiat, & permutari possit cum beneficio dato in titulum: quia hæc refugiat, & permutatio fieri non potest ex ordinati confusu, sed ex confusu Pontificis, cui liberum est Ecclesiam vni commendatam alteri commendare primo commendatario consentiente. Præterea Ecclesia à Pontifice commendata, siue ad tempus, siue in perpetuum, Pontifici est affecta, ex eo quod manu in illa apposuerit, ut pluribus firmat Gatt. 4. p. de benef. c. 4. n. 68. & tradit Azor. 6. p. inst. mor. lib. 6. c. 31. q. 8. Barboſa 3. p. de benef. alleg. 9. n. 9. Ergo non est liberum ordinatio de illa disponere, siue qui vacat affecta, ve prius erat, siue quia per commendationem Pontifici aſſicuratur.

12. Ex quo sit in beneficiis commendati impetratio semper faciendo esse mentionem commendationis: quia ratione illius specialiter est Pontifici referuata: sic Azor. 2. p. inst. mor. lib. 6. cap. 3. q. 8. & relatis Dominico, Archidiacono, Franci, dicit Barboſa alleg. 9. num. 10. Quod verius est durante commendatione etiam ad tempus quia tunc commendatarius beneficii quasi possessionem, & administrationem habet: quia durante non absolute vacat beneficium. Neque Pontifex cenetur iuri alterius praedicare, nisi clare exprimat, cap. quamus. de reſcript. in 6. cap. super. de officio deleg. Barboſa & Azor. loci allegatis.

P V N C T V M IX.

De coadiutoriis eorumque qualitatibus.

1. Coadiutoria duplex perpetua, & temporalis; neutra est beneficium.
2. Iuxta impedimentum coadiuti coadiutor conceditur.
3. Ex redditibus beneficii assignanda est coadiutori congrua portio.
4. Expenduntur cause, ob quas coadiutoria datur.
5. Episcopis, alii que superioribus solus Pontifex coadiutores assignat, reliqui Legatus Nunius, & Episcopis.
6. Hac coadiutoria ab inferiori Pontificis data non debet esse perpetua, sed temporalis. Neque appellatione suspenditur.
7. Solus Pontifex assignat coadiutorias cum futura successione.
8. An hec designatio contraria sit Concilio? Proponitur dubitandi ratio.
9. Quid sit tenendum.
10. Satis si ratione dubitandi.
11. Quas qualitates coadiutor habere debet.
12. Ob coadiutoriam temporalem non excusat parochus insufficiens à residentia.

Coadiutoria est facultas alicui concessa adiunandi beneficium in beneficij regimine: Ab officio enim coadiutor dicuntur coadiutores: sic Ioann. And. cap. fin. de cleric. non residens. num. 1. Abbas sub num. 1. Imola num. 2. Anton. de Butrio num. 4. Duplex est coadiutoria, alia temporalis, alia perpetua, alia cum iure succedendi in beneficio, alia sine tali iure. Quocunque modo concedatur coadiutoria, non est beneficium: quia coadiutori absque futura successione nullum conceditur functio, & regimini beneficii, non quadam iure, habitu, & potestate, sed facto ipso. Per futuram autem successionem nullum datur ius ad beneficium, non ius in beneficio. Ergo coadiutoria beneficium non est: sic Abbas cap. de rectoribus, de clericis agorante, num. 6. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 3. cap. 2. quas. 4. Quapropter coadiutor beneficium tenet, tametsi impotest sit illud administrare. cap. ex parte, de clericis agorante, cap. unico, codem iii. in 6. Trident. sess. 25. de reform. cap. 7. & tradit Nauar. cons. 1. de clericis agorante. Gonzalez ad reg. 8. Canceller. gloss. 5. 8. 9. num. 32. Garcia de beneficis 4. par. cap. 5. num. 5. Neque obstat text in cap. sua nos. de clericis agor. ibi; ad administrationem officii debet remoueri. Quia intelligitur de administratione non quod potest, sed quod exercitium, à quo leprosus ob scandalum, & horrore attendens est, & coadiutor subrogandus: sic tradit Gatt. & Azor. loci citatis.

2. Ex his sit iuxta impedimentum coadiuti coadiutorem concedi. Si enim coadiutum temporalia, quam spiritualia administrare impeditur est, coadiutor concedenda est libera potestas spiritualium, & temporalium administrandi. At si temporalia administrare potest, solum concedendus est coadiutor pro spiritualium administratione. Quia coadiutor ad supplendum impedimentum coadiuti designatur: sic Azor. 2. p. lib. 3. c. 4. q. 10. Aug. Barboſa 3. p. de potest. Episc. alleg. 6. 3. n. 13.

3. Huic coadiutori ex redditibus beneficii obliganda est conguens portio pro qualitate ministerij impensis, iuxta Trid. sess. 21. c. 6. de reform. Quod si beneficii redditus tenuis sint, & beneficiario, & coadiutori insufficientes, & sustentationem beneficiarii expendendi sunt, & coadiutori alia via prouidendum est, quia in æquali necessitate beneficiarius proprius præfertur videtur suo vicario: sic Abbas c. de Reectorib. de clericis agro-

tant. n. 5. Aloysius Riccius resol. 494. n. 11. Aug. Barboſa 3. de potest. Episc. alleg. 6. 3. in fin. Ad prouidendum tamen coadiutori copio: est populus per Episcopum, si quidem coadiutor indiget, ut libi spiritualia ministraret. Ergo tenetur ei temporalia subministrare: sic Barboſa, Riccius, supras. & Azor. 2. part. lib. 3. cap. 2. quest. 9.

4. Causa, ex quibus coadiutoria dantur, multiplices sunt: fed omnes reducuntur ad impotentiam, vel negligenciam coadiuti, qui non valet, vel non vult beneficio letire, & eius numeri plene satisfacere. Impotentia ergo protinè potest vel ex ætate prouecta, vel ex debilitate corporis, vel ex anima, vel ex alia infirmitate, ac denique ex defectu scientie, & prudenter negligencia vero prouenit ex malitia. Ex quaenam ipsius causa prouerbia defectus in beneficio officio, & per beneficium non reparetur, dari potest coadiutor, colligitur ex cap. n. 6. de clericis agorante. & p. pastoralis. endem. iii. in 6. & Trid. sess. 21. c. 6. de reform. & tradit Azor. 2. p. inst. mor. lib. 3. c. 2. q. 3. Gonzalez de mensis gloss. 5. 8. 9. a. n. 19.

5. Hanc coadiutoriam Episcopis, aliisque superioribus affiguntur mutus est folius Pontificis: quia solus ipse est Episcorum superioris p. pastoralis. de clericis agor. in 6. & notatuit Azor. 2. p. inst. moral. lib. 3. c. 2. q. 2. & multis relatis Gonzalez. gloss. 5. 8. n. 34. & 35. Ex potestate autem Pontificia Episcopus lenio, ut evitetur gravitas, vel etiam alia impeditus perpetuo, ut officium suum nequeat exercere, potest de sui consilio, & auctoritate capituli, vel maiori partis ipsius vnum, vel duos auctiorum A. apostolica coadiutores assumere ad dictum officium exequendum. Si vero Episcopus demens fuerit, & quid vellet agnoscat, exprimere neciat, vel non posset; tunc eius capitulum, vel dux ipsius partes eadem authoritate vnum, aut duos coadiutores affligunt idoneos, qui eius officium exequantur. Quod si Episcopus senio, vel morbo, aut alias impeditus noluerit coadiutorum designare, res deferenda est ad Pontificem, neque ab alio decidi potest, habetur in dict. p. pastoralis. Hinc ergo Episcoporum coadiutor non potest Ecclesiam vintam dismembrare, neque in ea ius patronatus erigere. Gonzalez. gloss. 5. 8. 9. n. 35. Alius vero clericis inferioribus potest legatus Nunius, & Episcopos coadiutores assignare; quia ius, quibus beneficiorum instituto pertinet, a fortiori pertinent, debet coadiutori assignari: sic Ioann. Andr. c. fin. 7. de clericis agor. Abbas n. 5. Ispila n. 11. Gim. de officiis & potest. leg. lib. 5. tit. de coadiutorib. n. 3. Gonzalez. gloss. 5. 8. 9. n. 36.

6. Hæc tamen assignatio non debet esse perpetua & irreuocabilis, sed ad tempus secundum utilitatem, & necessitatem Ecclesie, vt exprefſe colligitur ex Trid. sess. 21. c. 6. de reform. ibi, coadiutores, aut vicarios pro tempore deputare, tamque fratribus eiusdem pro sufficienti virtute assignare, vel alii prouidere possint, quacumque appellatione, & exemptione remota. Quod si hæc assignatio interponatur appetatio, non tulipendi eius executionem, tametsi ad superiorē deferrat causam, ut telatur Gatt. de benef. 4. p. c. n. 9. Barboſa supra d. loco concil. Ep. 3. p. de potest. Episc. alleg. 6. 3. n. 10. si declarare faciat concilii congregacionem; quia non habet effectum suspensum, sed soli deputati. Quam appellatioem adserit supra dicti doctores id Metropolitani interponi posse, tametsi Episcopus, vi sedis A. apostolice delegatus, procedat, quando procedit in causa, ad quam alius habet jurisdictionem ordinariam. Secus vero si loquuntur procedit in causa, que extra illius jurisdictionem ordinariam est, vt contingit, cum procedit contra exemplum.

7. Coadiutorias vero perpetuas cum futura successione solis Pontificis assignare potest, ita vt nec legatus a latere id possit. Quia solus Pontifex ius commune alterate potest: at ex iure commun. omnis prouisio, seu promissio beneficii vacanti iusta est, & inanis. cap. nulla. cap. relatum, cap. ex tenore, de cedula præbenda, & tradit Azor. 1. p. 2. in inst. mor. lib. 3. cap. 2. quas. 1. Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 1. quas. 6. artic. 10. n. 3. & seqq. Garcia 4. part. de benef. cap. 5. num. 16. Gonzalez. gloss. 5. 9. num. 9. & alii apud ipsos.

8. Dubium tamen est quod leue; an harum coadiutoriarum designatio cum fuita successione contraria sit conciliorum decretis, vt prouide in earum concessionē debent ipsa facta tem sub generali clausula derogari? Ratio dubitandi, est, quia successione in beneficiis ius ipsum defestatur, ne debeat concedere occasionem captiōne mortis, vel falsum opinande, cap. si Petrus. cap. Episcopo. cap. plurim. cap. apostolica. 8. quas. 1. & habetur in Trident. sess. 25. cap. 7. de reform. Ergo harum coadiutoriarum designatio contraria sit conciliorum decretis. Ergo debent in eorum concessionē derogari.

9. Ceterum credo nulli effici potest derogatione. Tum quia haec designatio à Romano Pontifice facta contraria non est illi conciliari decreto. Nam concilium Lateranense relatum in capitulo de præbendas, in 6. has successiones prohibens exceptum id fiat auctoritate Romani Pontificis. Concilium vero Trident. sess. supra d. cap. 7. est in beneficiis alius à prælature Ecclesiæ cathedralis, & monasterij non exceptiat Romani Pontificis auctoritatem: at in vts. decretis, sess. 25. Romani Pontificis auctoritatem.

ditionem excepit. Inquit enim concilium *Omnia in dicto sacro cœlio suauia de morum reformatio[n]e, & Ecclesiastica disciplina in secessu fuisse, ut in his salua semper authoritas sedis Apol[etica] & s[ic] & esse intelligatur.* sic tradit[us] alius relatis, Garcia 4. p. de benef. cap. 5. a. n. 21. & præcipue n. 30.

10 Neque oblat[us] ratio dubitandi. Admitto successionem in beneficiis in a maximè detestari; id hoc intelligendum est, dum Pontifex ex causa aliqua gratiæ, & Ecclesiæ vtile nouo mouetur. Nam illa sunt successione in beneficio dare potest, vt colligatur et cap. 7. quæsi. 1. & ex Trident. sess. 5. cap. 7. dicere. Quod si quando Ecclesia cathedralis, aut monasterij virginis nullitas, aut cuiuslibet viriles postulet praelato dari coadiutori, si non sicut cum futura successione datur, quam hac causa prius diligenter a sanctissimo Romano Pontifice sit cognita. Et qualiter omnes in illo concurrere certum sit, que à iure, & decreta bona sancta synodi in Episcopis; & praelatis requiruntur; sicut electiones super hic facta subreptio esse consenserunt. Quod si virges futuram successionem cedet non esse Ecclesia necessarium, neque vtile, tametsi vtile, & necessarium si signata coadiutori negandum est: tunc enim hoc est necessarium, vel latet vtile, vt si coadiutori maiori cum autoritate minus exeat, diligenter procedat, & subditis charior sit. Azor. 2. j. 1. non lib. 3. c. 2. q. 2. in fine.

11 Qualiter autem quas coadiutor habete debet, sunt quas beneficium ad sui administrationem expostular. Abbas in cap. consultationibus, a clero sacerdoti, numero 1. Alias adiuvare non poterit. Quocirca si Episcopi coadiutor f[ili]s, d[omi]n[u]s 30. annos habere, si parochi, a 5 si canonici cathedralis Ecclesie, 21. Azor. 2. part. infra. moral. lib. 3. cap. 2. quæsi. 6. Gonzalez, multis regulis gloss. 5. §. 9. numero 6. An autem debetas tempore concepcionis coadiutoris ordinem habere quem beneficium expostulat. Communis sententia tenet te non esse obligatum, sed sufficere si intra annum accipias; quia non est amplius expostulandum in coadiutori, quam in beneficiario proprietario. colligitur ex cap. 1. et can. cap. 1. commissa. de electione in 6. & clementia de officio ordinis & tradit. Flamin. de resignat. lib. 4. quæsi. 9. num. 19. Gonzalez. gloss. 5. §. 9. numero 90 Garcia 4. part. de benef. cap. 3. num. 142. Sed hoc intelligendum est de coadiutori, perpetuis, & quæ dantur quasi in titulum; nam pro coadiutori temporalibus, quæ vicarie sunt quæ dantur ad supradictum ministerium, & officium, quod proprietarius exercet non potest, necessario coadiutor habere debet actu omnes qualitates necessarias ad ministerium, & officium de facto exercendum; quia illæ coadiutoriae non tam sunt beneficij, quam officij.

12 Ex huiusmodi coadiutoriorum temporalibus patrocho ob eius insufficientiam assignatis, non excusat[ur] parochos à residencia. Neque enim iustum est patrocho illiterato fieri fauorem, qui licet non concedatur: sic Quatanta in summa bullar. verbo residentia, v[er]o prater summis. Vgolin. de potest. ep[isc]op. cap. 15. §. 3. ad finem & cap. 54. num. 1. Gonzalez. gloss. 5. parag. 9. n. 50. Garcia 4. part. de benef. cap. 3. num. 8. Barboza 3. part. de potest. ep[isc]op. cap. 63. numero. 8. & sess. 21. Trident. cap. 7. de reformat. vbi sic decisim referuntur à lacra concilij congregatio[n]e in hac verbis. Propriæ deputationis coadiutoris patrochus, cui datus est coadiutor, non poterit absente à residentia.

P V N C T V M . X.

Examinantur aliquot difficultates circa coadiutorias præbendarum Ecclesiarum cathedralium, & collegiarum.

1. H[ab]et coadiutoribus conceditur ins. administrandi præbendam, cum iure succendi in illa.

2. An coadiutor tenet[ur] pro coadiutori inseruire, coadiutor sic penitentiæ distinctione visitur Navarræ.

3. Proabilitas est obligatum esse.

4. An absente, vel agente ante coadiutor posse coadiutor choro assister, & vocem habere in capitulo solente coadiutor Negat Garcia. Affirmat Navarræ.

5. Quid sit tenendum explicatur.

6. Coadiutor legatum impedit, teneturne coadiutor inseruire volente coadiutori.

Proponitur difficultatis ratio. Resolutio[ne] obligatum esse.

7. Satis est ratione dubitandi.

8. Coadiutor in infirmis, vel alijs impeditis an sit pro presenti habendas, sub distinctione responderet Garcia.

9. Non placet distinctio, & affirmatur habendum esse pro presenti.

Debesturum coadiutori sedes proprietarij.

10. Arguitur pro parte affirmatio[ne].

11. Resolutio[ne] non debet; sed ultimam post proprietarios.

12. Neque haber ius ascendendi ad superioriem sedem.

13. Non tenet[ur] coadiutor in ingressu soluere, quod alij proprietarij soluerint.

14. Qualiter coadiutor posset dies recreationis assumere, sicut &

- principalia.
15. Reputandu[m] sit presens coadiutor infirmus, vel impeditus? Affirmative respondeatur. Et recidetur limitatio Garc.
 16. Excommunicato coadiuto[r] coadiutor à diuinis expellendas non est.
 17. Coadiutor vocem acclamam, & passiu[m] in electionibus canonicis. & in officijs fidei vacante habet.
 18. Coadiutor potest se iuuare beneficio iubilationis, & lucrari fructus tametsi coadiutor non inferuerit.
 19. Qua ratione intelligenda sit gratia coadiutori concessa, ut gaudient regula de annali, & triennali possessione.
 20. In Ecclesiis ubi proceditur cum adiutio, ut coadiutor delinq[ue]nt p[ro]mendus cum illis est? Negat Garc. contrarium videtur verius.
 21. Coadiutor in minoribus conscientes gaudet fori priuilegio.
 22. Tenet[ur] coadiutor habitum clericalem, & tonsuram deferre.
 23. An coadiutor debeat extre de capitulo, quoties tractatus negotium spectans ad coadiutum, vel econtra? Negat Garcia. Contrarium verius est.
 24. Coadiutor, & coadiutoris non possunt simul tanquam prebenti data inferire.
 25. An canonicos coadiutor dignitatis præminentiam, qua dignitati canonico competitunt, habeat? Concedit Garc. Sea contrarium est verius.
 26. Coadiutori canonico dignitatis, an sufficiat ad lucrandos fructus competentes dignitatis, residere eo tempore, quo proprietarius dignitatis si residetur lucraretur? Proposuntur certa.
 27. Questioni sit satis reiecto Garcia.
 28. Qualiter coadiutor optare posse nouam præbendam, ac se coadiutore carere.
 29. In Ecclesiis, in quibus est ius optandi, non est locus optioni in præbendis coadiutorum habentibus, vacantibus per obitum coadiutori.
 30. Coadiutoria an inducat incompatibilitatem cum alio beneficio.
 31. Qualiter coadiutor cedere coadiutoria possit.
 32. Noceant[ur] confessio coadiutoris coadiutor, vel econtra.
 33. Qualiter sententia la[re] contra coadiutorum noceant[ur] coadiutori, vel contra coadiutorum coadiutor, aut aliis coadiutoribus?
 34. Si tempore dat a coadiutoria mortuus sit coadiutus, coadiutor non succedit, tametsi contra videatur sentire Gonzalez.
 35. Coadiutor committere vices suas alteri potest in electionibus, & prouisionibus, sicut coadiutus.
 36. An dignitas, que solum est coadiutor alicuius canonici, dupl[icem] vocem in capitulo habeat.
 37. Affirmatio[ne] responderetur contra Garc.
 38. Habens coadiutorem in dignitate, & canonici potest ipse in uno servire, & in alio coadiutor.
 39. An coadiutor dignitatu[m] & canonici possit esse index delegatus? Negat Garc. Contrarium videtur verius est.
 40. Coadiutor legens in universitate, vel seruens Episcopo, non videtur pro presenti habendas.
 41. An coadiutoris potianus priuilegio concessio coadiutio lucrandi fructus aliorum beneficiorum si in cathedrali residuant? Negat Garc. Sed contrarium verius est.
 42. An coadiutor debet habere ordinem, quem perit dignitas, seu beneficium in coadiutoriam acceptum? Sub distinctione responderetur.
 43. Quid dicendum de coadiutore canonici seu dignitatis non curat?
 44. Onera sui coadiutii tantum tenetur coadiutor subire.
 45. Multe, que canonici imponuntur, imponi proprietariis possunt ob culpas coadiutoris.
 46. Ecclesie cathedrales non possunt coadiutores designatos à Pontifice non admittere, aut repellere.
 47. Coadiutor tenet[ur] coadiutori congruam ministrare portionem.
 48. Coadiutor in imperatione coadiutoria tenetur mentionem facere de beneficiis obtinere.
 49. Ob hanc taciturnitatem nulla est gratia coadiutoria facta, non solum quoad successionem, sed etiam quoad servitium.

Hucusque explicimus qualitates, & conditions communales coadiutoris. Restat aliquot species difficultates, quæ occurrere possunt, examine pro coadiutoris canoniciatum, & præbendarum Ecclesiarum cathedralium, & collegiarum, quarum vius sicut frequens est his temporibus. Has difficultates congessit Garc 4. part. de benef. c. 5. a. n. 55. & suo ordine eas percurramus, vt sic clarus intelligatur, quid nobis probetur; quid displicet.

1. Et in primis supponendum est, vt ipsam Garcia supponit, his coadiutoribus concedi facultatem, & potestatem tam in temporalibus, quam in spiritualibus administrandi præbendam cum iure succendi in illa, ita ut absente coadiuto[re] loco, ilius